ORATIONES DICENDAE

Cum Sacerdos Induitur Sacerdotalibus Paramentis

Cum lavat manus, dicat:

Da, Dómine, virtútem mánibus meis ad abstergéndam omnem máculam; ut sine pollutióne metis et córporis váleam tibi servíre.

Ad Amictum, dum ponitur super caput, dicat:

Impóne, Dómine, cápiti meo gáleam salútis, ad expugnándos diabólicos incúrsus.

Ad Albam, cum ea induitur:

Deálba me, Dómine, et munda cor meum; ut, in sánguine Angi dealbátus, gáudiis pérfruar sempitérnis.

Ad Cingulum, dum se cingit:

Praecíngue me, Dómine, cíngulo puritatáis, et exstíngue in lumbis meis humórem libídinis; ut máneat in me virtus continéntiae et castitátis.

Ad Manipulum, dum imponitur brachio sinistr:

Mérear, Dómine, portáre manípulum fletus et dolóris; ut cum exsultatióne recípiam mercédem labóris.

Ad Stolam, dum imponitur collo:

Redde mihi, Dómine, stolam immortalitátis, quam pérdidi in praevarication primi paréntis: et quamvis indígnus accédo ad tuum sacrum mystérium, mérear tamen gádium sempitérnum.

Ad Casulam, cum assumitur:

Dómine, qui dixísti, Jugum meum suáve est et onus meum leve: fac, ut istud portáre sic váleam, quot dónsequar tuam grátiam. Amen